Κεφάλαιον κ.

Ἕξις δὲ λέγεται, ἕνα μὲν τρόπον, οἷον ἐνέργειά τις τοῦ ἔχοντος καὶ ἐχομένου, ὥσπερ πρᾶξίς τις ἢ κίνησις. ὅταν γὰρ τὸ μὲν ποιῇ, τὸ δὲ ποιῆται, ἔστι ποίησις μεταξύ· οὕτω καὶ τοῦ ἔχοντος ἐσθῆτα καὶ τῆς ἐχομένης ἐσθῆτος, ἔστι μεταξὺ ἕξις. ταύτην μὲν οὖν φανερὸν, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἔχειν τὴν ἕξιν. εἰς ἄπειρον γὰρ βαδιεῖται, εἰ τοῦ ἐχομένου ἔσται ἔχειν τὴν ἕξιν. ἄλλον δὲ τρόπον ἕξις λέγεται διάθεσις, καθ' ἣν εὖ ἢ κακῶς διάκειται τὸ διακείμενον, καὶ ἢ καθ' αὑτὸ, ἢ πρὸς ἄλλο, οἷον ἡ ὑγίεια ἕξις τις. διάθεσις γάρ ἐστι τοιαύτη. ἔτι ἕξις λέγεται, ἂν ᾖ μόριον διαθέσεως τοιαύτης. διὸ καὶ ἡ τῶν μερῶν ἀρετὴ, ἕξις τίς ἐστι.

Κεφάλαιον κα.

Πάθος δὲ λέγεται, ἕνα μὲν τρόπον ποιότης καθ' ἣν ἀλλοιοῦσθαι ἐνδέχεται, οἷον, τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρὸν, καὶ βαρύτης καὶ κουφότης, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἕνα δὲ αἱ τούτων ἐνέργειαι καὶ ἀλλοιώσεις ἤδη. ἔτι τούτων μᾶλλον αἱ βλαβεραὶ ἀλλοιώσεις καὶ κινήσεις, καὶ μάλιστα αἱ λυπηραὶ καὶ αἱ βλαβεραί. ἔτι τὰ μεγέθη τῶν συμφορῶν καὶ λυπηρῶν πάθη λέγεται.

Κεφάλαιον ιβ.

Στέρησις λέγεται ἕνα μὲν τρόπον, ἂν μὴ ἔχῃ τι τῶν μὴ πεφυκότων ἔχεσθαι, κἂν μὴ αὐτὸ ᾖ πεφυκὸς ἔχειν· οἷον, φυτὸν ὀμμάτων ἐστερῆσθαι λέγεται. ἕνα δὲ, ἂν πεφυκὸς ἔχειν, ἢ αὐτὸ, ἢ τὸ γένος, μὴ ἔχῃ. οἷον, ἄλλως ἄνθρωπος ὁ τυφλὸς ὄψεως ἐστέρηται, καὶ ὁ ἀσπάλαξ· τὸ μὲν κατὰ γένος, τὸ δὲ καθ' αὑτό. ἔτι ἂν πεφυκὸς, καὶ ὅτε πέφυκεν ἔχειν, μὴ ἔχῃ. ἡ γὰρ τυφλότης, στέρησίς τις. τυφλὸς δὲ οὐ κατὰ πᾶσαν ἡλικίαν, ἀλλ' ἐν ᾗ πέφυκεν ἔχειν, ἂν μὴ ἔχῃ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ᾧ ἂν ᾖ, καὶ καθ' ὃ, καὶ πρὸς ὃ, καὶ ὡς ἂν μὴ ἔχῃ πεφυκός. ἔτι ἡ βιαία ἑκάστου ἀφαίρεσις, στέρησις λέγεται. καὶ ὁσαχῶς δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ α ἀποφάσεις λέγονται, τοσαυταχῶς καὶ αἱ στερήσεις λέγονται. ἄνισον μὲν γὰρ, τῷ μὴ ἔχειν ἰσότητα πεφυκὸς λέγεται, ἀόρατον δὲ, καὶ τῷ ὅλως μὴ ἔχειν χρῶμα, καὶ τῷ φαύλως· καὶ ἄπουν, καὶ τῷ μὴ ἔχειν ὅλως πόδας, καὶ τῷ φαύλους. ἔτι καὶ τῷ μικρὸν ἔχειν, οἷον τὸ ἀπύρηνον. τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ φαύλως πως ἔχειν.

A

CAPVT XX.

Habitus autem dicitur vno modo, tanquam quidam habentis & habiti actus: ſicuti actio quædam, aut motus. Nam cùm hoc quidem efficit, illud verò fit, eſt media affectio. Ita & habentis veſtem & veſtis habitæ, eſt medius habitus. Hunc itaque habitum, quod non contingit habere, manifeſtum eſt. In infinitum enim progrederetur, ſi habiti eſſet habitum ha-

B

bere. Alio modo habitus, dicitur diſpoſitio, ſecundum quam bene vel malè diſponitur diſpoſitum, & aut ſecundum ſe, aut ad aliud: vt ſanitas, quidam habitus eſt: diſpoſitio etenim talis eſt. Item, habitus dicitur, ſi particula talis diſpoſitionis ſit. Quare partium quoque virtus, quidam habitus eſt.

CAPVT XXI.

C

Paſſio dicitur, vno quidem modo qualitas, ſecundum quam alterari contingit: vt album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunque alia ſimilia. Alio modo, horum actiones, & iam alterationes. Item, harum magis quæ noxiæ alterationes & motus, & maximè quæ triſtes, & noxiæ ſunt. Item, calamitatum & triſtiũ magnitudines, paſſiones dicũtur.

CAPVT XXII.

D

Priuatio dicitur vno modo, ſi non habeat aliquid eorum, quæ apta ſunt haberi, etiam ſi ipſum non ſit natura aptum habere: vt planta dicitur oculis priuari. Alio modo, ſi cùm aut ipſum, aut genus eius, aptum habere ſit, non habeat: vtputa, aliter cæcus homo viſu priuatur, & aliter talpa. Hæc quidem ſecundum genus, ille verò ſecundum ſe. Item, ſi cùm aptum ſit, & quando ſit aptum habere, non habeat. Cæcitas nanque, priuatio quædam

E

eſt. Cæcus autem non ſecundùm omnem ætatem, ſed ſi, in qua aptus eſt habere, non habet. Similiter ſi in quo & ſecundum quod, & ad quod, & quemadmodum natura aptus ſit, non habeat. Item, violenta cuiuſque ablatio, priuatio dicitur, & quoties negationes ab IN, vel ſimili negatione incipientes dicuntur, toties etiam priuationes dicuntur. Inæquale nanque dicitur, eo quòd non habeat æqualitatem,

F

aptum exiſtens habere. Inuiſibile verò, eo quòd non habeat omnino colorem, & quod exiguè: & impes, eo quòd & non habeat pedes, & quòd debiles. Item, cùm parum quid habeat: vt cùm dicimus oliuam exoſſem, hoc autem eſt, eo quòd exile quiddam habet.